

Arguit contra Auic. ponentem ens. & unum esse dispositio- nes accidentales superadditas essentia. & eodem medio concludit q̄ quemadmodum unaquęq; res per se est ens, etiam per se est una, quia aliter ut deducit esset processus in infinitum. Patet autem q̄ nisi esset eadem perfectas in utraq; præmissa argumentum quia esset sophisticum, & quatuor terminis. Amplius ibidem Arist. tex. cō. quinto ha- bet q̄ unius in quantum unum, & entis in quantum ens eadē dem secundum se sunt passionēs. Amplius. 1. 0. Meta. tex. cō. 6. habet q̄ ens, & unum æqualiter dicuntur de omnibus idem habet in tex. cō. 7. & in tex. com. 8. dicit q̄ æqualit̄ ter assequuntur categorias ens, & unum, uidelicet q̄ sicut ens diuiditur in decem prædicamenta, sic unum. & Comen- men. in cō. dicit q̄ unum diuiditur in decem prædicamen- ta, & dicitur multipliciter sicut & ens. unde sicut ens est ge- nus analogum ad decem prædicamenta, eodem modo & unum. unde sicut est prædicatio superioris de inferiori quā do ens prædicatur de decem prædicamentis, ita etiam est de uno. nam substantia uniuscuiusq; rei est essentialiter facta ens, ut dicit expresse Philosophus, & Commen. 4. Meta. tex. cō. 3. & ideo non possum non mirari de Ioan- ne Scoto, & de sequacibus & de multis aliis uiris illustri- bus tenentibus unum esse passionem entis, & prædicari de ipso, & de inferioribus ad ens in secundo modo dicendi per se, & id quod fuit in causa quæ deuenit ad illam opinionem, quia isti in scientia Diuina imitati uir Auicem. & Auer. tertio de Anima. com. 3. dicit q̄ nullibi ita errauit Auicem. sicut in Meta. Auicem. autem ut scribit Auer. 4. Pri- mæ philosophiæ. cō. 3. & 1. 0. Meta. com. 8. multipliciter er- rauit circa hoc, primo enim opinatus est q̄ ens & unum dicitur accidentia superaddita essentia. & causa erroris fuit, quia non diffiniuit inter ens quod est tanquam genus, & in- ter ens quod significat uerum. ens enim quod significat ue- rum est accidēs, & ens quod significat genus significat unū quodq; decem prædicamentorum multipliciter. unde. 5. Meta. cō. decimo quarto scribit Auer. debes scire q̄ hoc no- men ens quod significat essentia rei, est aliud ab ente quod significat uerum. Et ideo expositores diuersantur in quæ- stiō simplici, scilicet dicere utrum aliquid est in secundo To- picorum, uel utrum collocetur in quæstionibus accidentis aut generis, qui enim intelligit de ente illud quod est com- mune decem prædicamentis dicit q̄ collocatur in quæ- stionibus generis, & qui intelligit de ente illud quod intelli- gitur de uero, dicit q̄ collocatur in quæstionibus accidentis, & in libro Destructio. destructiō in solutione tertii dubii inquit. nomen entis dicitur duplex. uidelicet dicitur de ue- ro, & de opposito priuationis, & hoc est quod diuiditur ad decem prædicamenta, & est eis tanquam genus. Alius er- ror Auic. fuit quod credidit q̄ unum quod est synonymum enti sit idem cum illo quod est principium numeri, & quā- litatis, & quia tale unum numeratur in accidentibus, existit- uerit q̄ unum quod significat omnia prædicamenta est accidēs. Scotus autem in aliquibus concordat cum Auic. & in aliquibus discrepat, nam quia tenet unum esse passio- nem entis & dicere aliquam rationem positiuam ex natu- ræ rei conuertibilem cum ente, in hoc discrepat ab Auer. & tenet cum Auicem. Discrepat autem ab Auic. & concordat cum Auer. quia apud ipsum, & suos sequaces non est idem unum quod conuertitur cum ente, & quod est principium quantitatis, & numeri, neq; tenet q̄ ens, & unum sint dispo- sitiones accidentales superaddita. essentia. ut tenuit Auic. Tu autem animaduerte, & considera quia multæ sunt uia- istis temporibus multum remota à ueritate, & à sincera Philosophia Aristot. & uniuscuiusq; confidit in proprio inge- nio. mihi autem satis fuerit excitare intellectus nobiles ad persecutionem ueritatis, quia non deceat Philosophum esse addidum alicui uia, & dimittere rationem. isti. n. res- cūs Philodoxi nuncupantur, quam Philosophi. semper aurea illa Platonis in Phædone sententia mihi in simili- bus casibus occurrit. Nullum inquit malum maius homini- bus contingere potest, quam si rationes odio habuerint.

Intellectus & intellectum & intellectio sunt idem in abstractis à materia.

D Propō 127.

FA M O S A est autoritas, & solet allegari ex tertio de Anima. tex. com. 1. 9. ubi Aristote. loquens de intellectu agere inquit. idem autem est secundum actum scientia rei, & consimile habetur ibidem in tex. com. 2. 7. uera tamen est propositio in intelligentis quæ in intel- ligendo nullo modo dependet à corpore, nec ut à subie- cto, nec ut ab obiecto, unde prærens propositio ueritatem non habet de intellectu nostro possibile. qui in intelligenti- do dependet phantasmatis, siquidem oportet intelligen- tem phantasmata speculari, ut dicitur in tertio de Ani- ma. text. com. trigesimo, & trigesimo nono. glossa est Auer. in eodem com. decimo nono super hoc, inquit enim, & inquit ut reputo aliquid proprium intellectu agen- ti in hoc in quo differt à materiali, scilicet q̄ in intelligenti- a agente scientia in actu eadem est cum ficto, q̄ non est sic in intellectu materiali, cum suum intellectum est res que non est in se intellectus. consimilem sententiam habet Com- menta. in. 1. 2. Metaphysic. com. 1. trigesimo nono, ubi in- quit, intellectus & intellectum, & intelligens reducuntur in unum, & non differunt nisi secundū respectum dispositio- num. intellectus enim in quantum intelligit intellectum dis- citur intellectum, & in quantum intelligit per se, idest per suam essentiam dicitur q̄ intellectus per se est ipse intel- lectus e contrario illi quod intelligit per aliud. & hoc ut re- puto, addit Commen. propter intellectum possibilem qui intelligit per aliud idest per species aliorum, ut patet tertio de Anima. tex. com. octauo. ex cognitione enim alioz- rum deuenit in sui cognitionem, & hic iterum expresse patet q̄ scientia nostra non est idem cum substantia intel- lectus nostri, cuius oppositum quidam tenuerunt. consimilem sententiam habet clare Commen. in libro Destructio destructio in disputatione. 5. in solutione secundi dubii. ubi inquit, ipsi scilicet Philosophi opinati sunt q̄ forme sunt in scientes prout consistunt in materia, & si forte inueniretur aliquid in materia non consistens, manifestum est q̄ est pura scientia, & hoc patet apud eos omni rōne. ipsi enim reperierunt formas naturales aliquo modo separatas à ma- teria, & sunt pura scientia & intellectus, & intellectus non est aliud in essentia à forma rerum à materia separatarum. Vnde postquam res quæ de ipsarum naturis non separan- tur, sic se habent, quanto magis ille quæ de Natura earum, continue separantur, digniores sunt quæ sint purus intelle- ctus & pura scientia, & quia rerum intelligibilia eadem sunt q̄ rerum ueritates, & intellectus non est aliud nisi compre- hensio intelligibilium, erit in nobis intellectus, & intelligi- bile unum & idem in quantum est intelligibile, & nulla est ibi differentia nisi in quantum intelligibilia sunt rerum in- telligibilia quæ de earum natura non sunt intellectus, imo- mo sunt intellectus prout intellectus separat dictas formas. à materiis ipsarum, & propter hoc intellectus noster, & in- telligibile non sunt unum, & idem omnimode. Et aduer- te q̄ licet in omnibus intelligentis citra intellectum possi- bilem secundum Peripateticos, ista propositio uera sit, nul- libi tamen simpliciter uerificatur sicut in intellectu Dei, sic- ut glossat Commen. 2. Primæ philosophiæ. com. quin- que etesimoprimum. Et ratio est, quia in solo primo quidi- tas, & essentia sunt eadem simpliciter & omnibus modis, quia ipse est solus ens per essentiam, & est quiditas absolu- ta, & alia entia quiditatem habent, ut dicit Auer. in dispu- 6. in solutione. sexti dub in libro. Destructio in.

Non quolibet agit in quodlibet, sed determi- natum in determinatum.

FAmosa est propositio, & solet allegari ex primo Phy- sicae auscultationis. tex. cō. quadragesimo tertio, & ei- una de supponib. concessis in scientia Naturali, & de numero illarum propositionum quæ indiget modifi-

ca. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.